

demptionem per Christum. Hinc Christus *Isaiae* lxi, 4 : Missus sum, inquit, ut praedicarem captivis indulgentiam, et clavis aperitionem. »

Secundo, «vincit spei» proprie sunt, quos pessima vincit et devicit Christo, qui totam salutem spem ponunt in Christo, ideoque sua spe ita ei colligati sunt, ut ab eo toti pendeant: quia preter illum nil sperant, nec aliam vitam spem habent. Ita Clarius, Arias et alii. Jam *victis spei* erant *Judei* fideles, expectantes redemptionem Israel per Christum, qualis fuit Anna prophetissa, et Simeon qui, proinde vico Christo, exultans in cygneam hanc vocem erupit: «Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum», *Luc. ii*, 29. Tales quoque fuerunt Gentiles habentes fidem Dei et Messiae ante Christi adventum, et post eum omnes illi qui, audita Evangelii fama, ad Christum, quasi ad unicae salutis anchoram anhelare et aspirare ceperunt. Perperam ergo Albertus, Hugo et aliqui alii per vincitos spei intelligentes Iudeos in Babylonie captivos, qui sperabant libertatem anno septuagesimo: de illis enim censem hie agi usque ad finem capituli, iisque promitti victorias et felicitatem quam habuerunt sub Machabaeis. Verum minus congrue. Nam annus hic septuagesimus jam diu erat elapsus, et Iudei in Babylonie iam erant liberati. Pergit ergo Propheta agere de Christo ejusque Ecclesia: fateor tamen cum alludere ad Iudeos tum praeeritos in Babylonie, tum futuros tempore Machabeorum, tum praesentes: multi enim Iudeos tum adhuc Babylonie remanserant, quos Zacharias in Jerusalem revoeat, ut dixi cap. ii.

Tropio.
gloria

Anagogie. «victi spei» sunt generosi confessores, qui spe glorie eternae ultra se in vincula et tormenta dedunt, quales fuerunt septem fratres Machabaei, ad quos hic alludit *Il Machab.* vii. Spes enim tanta gloria nihil non audeat, nihil non patitur, nihil non aggreditur, ut docet Apostolus toto cap. xi ad *Hebreos*.

Anagogie. «vincit spei» erant patres in limbo transit liberationem per Christum, quos ipse eduxit ad munitionem, id est in Jerusalem, colestem in Ecclesiastam triumphantem. De his enim paulo ante dixit: «Tu quoque in sanguine testamento tui emisisti vincitos tuos de lacu». Ita S. Hieronymus et Hugo. Hi enim in sinu Abraham, spe longum Christi et liberationis desiderium sustinabant. His quoque dedit duplia, id est multiplicia, bona, ut sequitur, puta doles omnes gloriae, tam corporis quam anime.

ANNUNTIANS DULCIA. — est enallage numeri: transit enim a plurali ad singularem; ut enim nervosor sit oratio, et vincis spei singulos compellat, q. d. Quisquis es vincitus spei, quisquis speras salutem per Christum, ne expavescas Christi Ecclesiastam et legem, quod expers sit voluptatum, ac plena laborum et persecutionum; quia hodie amnus et promitto tibi quod dupli-

cia bona reddam tibi: duplia haec sunt: *primo*, vita et libertas, ait Theodoretus; *secondo*, gloria animae et corporis in celo, ait Lyranus; unde Septuaginta vertunt: *Pro una die peregrinationis tibi duplia reddam*; *tertio*, remissio peccatorum, et gratia Dei cum omnibus ejus donis et virtutibus in hac vita; *quarto*, *duplicita*, id est duplo majora quam speratis, ait S. Hieronymus; *quinto* et simplicissime, *duplicita*, id est multiplicia, quae Latini vocant decumania. Sic sepe in Scriptura duplex sumitur pro multiplici, ut ostendit *Isaiae* xl, 2. Altera haec accipit Mariana: *Annuntians*, inquit, hic item est quod Propheta, puta Zacharias, qui paulo ante gratulatus est Christo, dicens: *Tu quoque, etc.*; unde hic ei respondet Christus, q. d. Ego hodie, id est brevi, o annuntians, id est propheta Zacharia, non solum vincos carcere educam, sed etiam multis bonis cumuloabo.

43. QUONIAM EXTENDI (hebreica, *calcavi*, id est *Vetus. 12* calcando extendi. Solent enim arcus magni pedibus calcando cornu et peripheriam, ac manibus attrahendo nervum, extendi) *MIII JUDAM QUASI ARCM.* — Alludit ad prelia et victories Judei Machabaei et fratribus ejus, eaque obliter perstringit. Unde de ipsis haec exponunt Hebrei et S. Hieronymus. Verum proprie per ea intendit ad litteram significare mystica bella et victories Apostolorum, q. d. Assumam ex Iudeis Apostolorum, qui erunt quasi arcus mei, quos valide dispendam, ut jaciani sagittis efficaces verbis Dei, quibus corda omnium Gentium foriam, eaque mihi subigam, et ad me convertam. Ita S. Cyrillocus, Theodoretus, Remigius et alii. Quocirca Mariana ex hebreo sic vertit et explicat: *Extendi mithi Iudea arcum*, id est, inquit, faciat ut Judas pro me extendat arcum: «Implevi Ephraim», supple arcu, id est faciat ut Ephraim pro me pugnet.

Symbolice, Remigius et Lyranus per arcum Judee accipiunt Christum ex Iudea oriundum, q. d. Ego Christum in cruce extendens instar arcus, eoque configam et subjiciam omnes gentes. Unde Septuaginta vertunt: *Tendit te, Iudea, mithi arcum*.

IMPLEVI EPHRAIM. — Alludit ad Ephraimitas, qui excellebant in arte jaculandi, juxta illud *Psalm. LXXXVII, 9*: «Fili Ephraim intendentes et mitentes arcum: conversi sunt in die belli.» Sed per eos intelligit Apostolos, quorum plerique fuerunt ex Ephraim, id est a decem tribus, puta e Zabulon et Nephathim oriundi, *Isaiae*, ix, 4. Jam phrasim hanc: «Implevi Ephraim», varii varie explicant. *Primo*, q. d. Implevi Ephraim peritia et dexteritate tendendi arcum et jaculandi. *Secondo*, q. d. Implevi Ephraim arcu, pharetra et sagittis. Ita Mariana. *Tertio* et genuine, implevi Ephraim, supple quasi arcum, ut paulo ante dixit de Iudea. Jam arcus dicitur implevi Hebreus, cum plene et valide tenditur, cum plenis viribus nervus extrahitur, ut validum plenimumque per

impleri
arcum
est plen
extende
re

sagittam det ictum, quo scilicet rem propositam configat et conficiat; tunc enim jaculator omnibus suis plenisque viribus arcum quasi impliet, dum eas in illo tendendo exproxim et exerit. Sic IV Reg. vi, 24, in hebreo dicitur: *Iehu implet manum suam in arcu*, ut vertunt Septuaginta, hoc est, manu sua implevit arcum, per hypallagen, id est traxit arcum toto viribus suis (1). Idem ergo est: *Extendi mithi Iudeam quasi arcum*, quod, «implevi Ephraim», scilicet, q. d. Tam decem tribus, quam duas instar arcus plene traxi et extendi ut ies validas jacerem sagittas. Audi S. Cyrilocus: «Sumpita, at, est haec phrasis ab eo quod fit in arcu. Cum enim nervum et ferrum arcus adducimus prope pupillas, tunc dicuntur jaculatoris implere arcum, et fit vehementis jaculator.» Si et *Vegetius* lib. I *De Re militari*, cap. xv, agens de tirum in militia instructione: «Major, ait, adhibenda solerter, ut areum diligenter ac sapienter teneant, ut fortiliter implent, ut sinistra fixa sit.» Et *Sidonius* lib. I, epist. 2: «Spicula capiti, implet, expellit.» Porro tam manus impletur arcu plane pleneque distento, quam arcus manu: extenso enim arcus consequatur extensio manuum, et vice versa. Unde IV Reg. ix, Iehu dicitur impletus manum arcu: arcus enim communis est jaculatori. Cum ergo hic plene manus distendit, plene distendit et arcum. *Secondo*, Sanchez censem impleri arcum, quando extremis arcus caputibus, sive cornibus, adducto vehementer nervo coenubibus, impletur circulus, qui prius videbatur inchoatus in arcu, si semicirculi formam obtinet. Sic Threissa *Aeneid*. XI arcum tendit:

Et duxi longe, donec curvata coerent
Inter se capita.

Quod sumpsit ex Homero, *Iliad.* IV, ubi arcum vehementi intensus dicit actu in circulum. Et Euripides in *Bhoso*: «Jungite, inquit, nervis arcus corneos.»

Huc accedit Delrio, *adagio* 1017, qui consensit hanc phrasim, *implere arcum*, sumplam a luna que plena vocatur, quando coesuntibus cornibus in circulum reflecti: huic enim arcus summa vi extensis est similius.

Jam quoad sensum, Chaldaeus, Theodoretus, S. Thomas et Hugo censem Ephraim idem esse quod Iudeam: idem enim esse, «implevi Ephraim», quod, «extendit Iudeam quasi arcum», ac signum;

(1) Persuasum mihi est, ait Maurer, קָרְבָּן מִלְתָּא geshet, proprio significare *implere arcum*, hoc vero esse arcus impinguere sagittam, deinde vero etiam arcum intendere, quia sagitta non impinguatur nisi arcus intenso. Itaque Iova hoc dicens videri possit: *Arcum tendam mithi Iudeam, arcum intendam Ephraimum*. Ackermann: Tendam mihi Iudeam arcum, et implere faciam hunc arcum Ephraimum, ut arcus sit Iudea, et Ephraim sagitte. Quod enim aptius et elegantius alii ipso Maurer, quam Iova idem repetere dixerint, arcum sibi se intentur esse Iudeam, arcum Ephraimum.

ficare Iudeos Babylone redeentes fore validos et bellicos, ut reipsa fuerunt tempore Machabeorum. Verum, ut paulo ante dixi, hec ad litteram spectant Christum et Apostolos, qui partim ex Iudea, partim ex Ephraim, id est ex regno decem tribum sunt progaudi. Significat ergo Deus quod Apostolis sit usurus, tanquam arcibus validissime extensis et libratis, qui praedicando validissime librabit et emitant sagittas amoris divini, quibus vulnerabunt audientium corda, eaque subjiciunt Christo. Sic Christus de se ait *Isaiae* cap. xlii, 2: «Posuit os menum quasi sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.» Apostoli ergo fuerunt quasi sagittae potentiis acutae. Audi S. Cyrilocus: «*Judam et Ephraim* vocat totum genus Israel: ex quo primi Apostoli armati verbo Dei, et facti velut arcus, ceteras gentes adversantes perceruerunt divinis dogmatibus: percurserunt, inquam, et vulnerarunt, non ad mortem, sed ad charitatem. Unde sponsa *Cant.* 1, se appellat vulnerata charitate.»

ET SUSCITABIT FILIOS TUOS, SION, SUPER FILIOS TUOS, GREECI, — q. d. Suscito et filios tuos, o Sion, qui Graecos subiectant. Nominat praetextoris genitibus Graecos, quia cum his post tempora Zacharias continuo negotium fuit Iudeis; Alexander enim infensus Iudeis, sed placitus a Jaddo pontifice, ingressus est in Jerusalem: Judas Machabeus et frates ejus assidua gesserunt bella contra Antiochum Epiphilem, qui posteris Alexandri in regno Asiae et Syriae successit, ejusque asseclas. Unde Albertus, Hugo et Sanchez censem ad litteram hic esse sermonem de victoriis, quas Machabei obliteraverunt contra Antiochum. Verum esto ad eos alludat, et obliter quasi perscringat Propheta; tamen persistens in prophetia de Christo, aliud quid intendit, nimirum S. Paulum, S. Joannem aliasque viros apostolicos armatos verbo zeloque Dei, conversuros Graeciam ad fidem Christi, ut eos fecisse patet ex Actis Apostolorum et ex Epistolis S. Pauli. Unde Ecclesia prima pena in orbe effloruit, dedicique Ecclesie primos et praestantissimos doctores, uti S. Dionysium Areopagitam, S. Polycarpum, S. Chrysostomum, S. Basilium, S. Gregorium Nazianzenum, et alios complices.

ET RONAN (o Sion, o Ecclesia) QUASI GLADIUM FORTIUM, — q. d. Faciam ut instar gladii sis fortissima, sternasque ac occidas Graecos aliasque gentes, quia scilicet occident in eius infidelitatem et genitilismum, easque compelles ad novam vitam christianam sanctam et iucundam.

14. ET DOMINUS DEUS SUPER EOS VIDEBITUR (2). — *Vetus. 14*. Deus ex alto aderit Apostolis virisque apostolicis, et emitet jacula fulgurantia illustracionum internarum, quibus tum Apostolos ad divine

(2) Sequuntur verba Prophetarum quibus praedicit, Deum Iudeos adjutum esse, ut hostes suoi vincant, quod scribit in singularibus consuetis.

predicandum, tum gentes ad avide audiendum et assentendum impellit. Ita S. Cyrillus.

Et DOMINUS DEUS IN TUBA CANET. — « Tuba, » scilicet Evangelii, qua Apostolos suos ad evangelizandum excitat, et quasi in aciem instruet et educet, eosque precedet et irruit in hostes celerime et fortissime, ac instar turbinis venientis ab Austro omnes convolvet et secum abripiet. Hinc bellicis metaphoram significatur vis et energia predicationis Evangelie, a Deo aspirata Apostolis et predicatoribus. Unde de his subdit:

Vers. 15. 15. DEVORABUNT (hostes suos) ET SUBJECTI LAPIDES FUNDÆ (1). — Intelligitur more hebreo nota similitudinis sicut vel quasi: ardentes enim sententia S. Scripturae et sermones Apostolorum fuerunt quasi lapides fundæ, quos ejecerunt in gentes tanto impetu et ferocitudine, ut eos ferirent et sternerent. Alludit ad fundam qui David lapidem intorso in frontem Goliah, eumque tam valide illi impedit, ut ipsum prosterret. Simili enim modo, sed mystico, Apostoli straverunt tressillas carnes Gentium. Alludit quoque ad vellestes et fundibularios, qui olim in prima acie constituebantur, primum prelum inibant.

Et RIBENTES INERBANTUR QUASI A VINO. — Hebr. est יְמִין עַמָּה, id est tumultuantur quasi temulentii. Unde Tigurina verit: *Frenent ut qui vino exhilarantur.* Est catastrophæ, significans copiosam hostium stragom, et ingentem Apostolorum tumulum perdendi hostes, putre idola, infidelitatem et sceleram omnia gentilismi; tum victoria: tantum enim hostium sanguinem ab eis effundendum esse, ut si um victores hiberent (quod nonnulli efferati olim fecerunt), inebriarentur et reperirent, sicut repeli solent phiala et cornua altaria sanguini victimarum. Simili scheme de Christo victore dieutus *Psalm. cix, 6:* « Conquasabit capita in terra multorum: de torrente in via bibet. » Quocirca Septuaginta clare hic vertunt: *Bibent eos sicut viuum.* Tale quoque est illud *Isaiæ, lxiii, 3:* « Calcevi eos in fure meo, et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea iniquinam. » Alludit ad victoriam Machabeorum eruitas, quibus plurimum hostium sanguinem effuderunt. Nota: *Tz quasi cornua altaria,* significat gentilismi stragam faciendam ab Apostolis fore sacrificium, et hostiam Deo gratissimum, sicut hostiae gratisim Deus sunt hostes Dei, cum jugulantur, et sanguis eorum effunditur, ac quasi libatur divina justitia et vindicta. Unde Septuaginta vertunt: *Implerunt phialas; sicut altare; vel, ut S. Hieronymus legit: Implerunt sicut phialas altare.* Ita Theodoretus et Chaldeus: *Et erit, inquit, anima coram plena delectis, sicut phiala que plena est simili et deo, et splendebant sicut sanguis qui splendet in pa-*

(1) Propriis verbis dicitur, quod versus superiori imagine tempestatis propositum fuit. Comparamus Iudei leonis, qui quoq; aggrediantur, devorant, et sanguinem eorum libunt.

(2) Cum אֲבֵל נֶזֶר aperte oppositi sint lapidibus funda (id est vilissimi), quibuscum Hebrei populi comparantur versus qui praedicit, melius congruit *nezer* hoc loco corone, chlamatis regi seu sacerdotalis significatu accipere, quo il *Sam. i, 10;* *Ezod. xxxi, 6;* *Luit. viii, 9,* legitur. (Rosenmüller.) In qua interpretatione, at Mauer, immiscetur quae non pertinet ad rem. Comparatio ponenda in eo solo quod torsi lapides in terram decidunt, et calcantur pedibus.

Lapidæ sancti quæ? Queres: Quales sunt hi lapides? *Primo*, aliqui censent esse gemmas; ex quibus confletur et ornatur diadema (hoc enim significat *nezer*) Christi, q. d. Apostoli erunt gemme, que in diademate Christi eminebunt, illudque decorabunt, et vicissim eo decorabuntur. Ita Vatablus et Sanchez, Ille accedit Chaldeus qui verit: *Eliget eos sicut lapides supernumeratis;* quasi hic alludatur ad duodecim gemmas, quae erant in ephod et rationali Pontificis, inscripte duodecim nominibus Patriarcharum, qui representabant duodecim Apostolos: hi enim sunt Patriarchæ novi Testamenti, ut dixi *Ezodi xviii, 17.* Simili modo de iudeis al *Isaiæ, cap. lxii, 3:* « Ecce corona gloria in manu Domini. » Ille accedit Mariana qui sic explicat, q. d. Principes Iuda elevantur nisi lapides corona, hoc est, erunt in prelio, dignitate et honore eminebunt, sicut eminent gemma in corona regia.

Secondo, ali accipiunt lapides fabricæ, q. d. Apostoli in fabrice Ecclesie quasi lapides primarii in culmine eminebunt, et virtute, et dignitate, et auctoritate et gloria. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Lyranus et alii. Alludere enim videtur Zacharias ad Lubricum templi, ad quam ipse assidue Judeos excitabat: hec enim erat typus fabricæ Ecclesie.

Verum quia hic nec corona, nec rationalis, nec edifici fili mentio, sed terra, in qua dicti elevandos has lapides; hinc congruentius per lapides hos accipiimus eos qui in titulum victorie, triumphi, vel rei aliquis illustris eriguntur. Alludit enim ad duodecim laudes, quos Ioseph superato Jordane, ingressus in Terram sanctam, in titulum et monummentum hujus miraculosi ingressus, et simul in signum quasi usus capionis, quod scilicet jam adisset possessionem Terræ sanctæ, erexit in Galadæ, *Josue v, 19.* Hi enim duodecim lapides fuerunt typus duodecim Apostolorum, qui par modo in Terra sancta, id est in Ecclesia, in titulum victorie, et possessionis adiutoriæ a Christo erecti et elevati sunt. Tales quoque fuere lapides, quibus legem Dei inscripsi, ac deinde eos erigi et statui in monte Garizib, iussit Moses, *Deuter. xxvii, 2* et sequent. Tale quoque fuit altare, quod in tropheo victoria ab Amalec reporatus, ex lapidibus, ut videtur, construxit et erexit Moses, *Ezod. xvi, 13,* vocative: « Dominus exaltavit mea, » vel « vexillum meum, » quod scilicet ab Amalec inferens, eum prostravit. Hebrewum enim סִנְאָתָן nos significat vexillum: unde סִנְאָתָן nos vocatur: vexillifer. Ideem pene verbum his usurpat Zacharias, scilicet *minosessot*, quod Noster verit, elevabuntur; ali vertunt, vexillabuntur, hoc est, ferent vexillum crucis Christi, ejusque vexilliferi erunt in castri Ecclesiæ, ut predicate victorias ejus virtute partis, in cuius gloriam erici sunt; ad quod proinde omnes fideles quasi milites Christi se aggregabunt, ut suos hostes proster-

nant. Unde aliqui vertunt, *lapides fugantes*, scilicet castra hostium. Addit Arias alludi ad lapides qui in bivis, vel trivis eriguntur, ut viam viatoribus indicent, ne ab ea aberrrent. Sic enim Apostoli viam nobis a terra in celum demonstrant. Sensus ergo est, q. d. Apostoli et viri Apostolici servabunt et protegerent a Deo tanquam grex e populo suo selectos: nam uti lapides sancti in sublime efficerent in terra, ut sint tituli et monumenta Christi et Ecclesie, eorumque victoriae, ac ad eam et per eum in celum viam omnibus ostendant. Huc accedit Sanchez: *Lapides, inquit, isti nezer, id est separations, consecrations, vel coronations, appellari possunt, quia quasi terminales, agros ab agris separant, puta Ecclesiam secesserunt a Synagogis Judeorum, academias philosophorum, et scilicet gentilium, illamque Deo consecrata esse illustri aliqua nota demonstrent: aut certe Ecclesiam, quasi terram promissionis eingunt et coronant, sicut flumina salicibus coronari dicuntur. Qui etiam sancti dici possunt, quia religiosi ergo a Christo erici sunt. Additique alludi hic ad lapides terminales Judeæ, quos post vastationem Chaldeorum idumæi et aliae vicinae gentes hostiles Judeam occupantes, abstulerunt; sed Judæis et Babylone in Judeam reversi, ab iis fuerunt restituti et elevati. Ex quo totius versus hujus hic erit sensus: Sicut Deus Judeos Babylone reversos salvavit, et pavit quasi gregem suum in pascuis, suis signis et titulis, quasi lapide terminali consignatis: sic idem christianos, quasi gregem suum, servabat ab omnibus periculis, et pascet in altis Ecclesiæ montibus, quasi pascuis suis, quos lapides elevati, puta Apostoli, sepiunt, et a Judæis Gentibusque determinant, ac sanctificant, et in celum busque determinant, ac sanctificant, et in celum*

S. Paulus II Timoth. vi: « Habentes, inquit, aliamenta, et quibus tegamur, his contenti simus. » Unde Arabicus verit: *Sunt lapides sanctificati, et ascendere eas faciet in terram sanctitatis de loco bonorum optimorum.* Quocirca S. Hieronymus eleganter et apposite explicans illud Psalm. lxxvi, 19: *Vox tonitrus tu in rota, id est, inquit, vox praedicationis tue in toto orbe: per illum enim totum predicatio instar rote rotata discurrit.* Tropologicus vero: « Rota, inquit, medio quodam vestigio stat in terra; et non solum stat, sed quasi percurrit: non stat, sed tangit et praeterit: ita et sanctus vir, quoniam in corpore est, necessitate habet aliquaque de terrenis cogitare; sed habens victimam, hunc contentus est; et tangens terram ad altiora festinat (ut quasi rota tangens terram, illico erigatur in altum). Ille qui currit, et ad altiora festinat, in illo est sermo tuus. Legimus in Propheta (Zachar. ix): Sancti lapides voluntur super terram. Quoniam enim rotas sunt, propterea voluntur super terram, et ad altiora festinant. »

Ita Athanasius Archiepiscopus Asiae, jussus ab angelo perquirere S. Joannem, qui a silentio cognominatus est Silentarius; eo invento cognitum quod nobilitatem, opes amplias et episcopatum Dei amore reliquiseat, sequit voluntaria paupertatis, humiliabit et exercitatione anchorethes addixisset, et inter anchorethes incognites vivebat, admirans exclamavit: « Vere nunc quoque sancti lapides in terra voluntur, » ut refer Cyrus in Vita S. Joannis Silentarii, qui coeversus fuit S. Sabas et Justinus imperatori, floruitque anno post Christum quingentesimo.

Moraliter, dico hie quam alta, separata et elevata sit vita sanctorum, preservent eorum qui religione Nazarei sunt, et alios sanctificant. Elevantur enim a terra in celum, adeoque pertingunt ad *nezer*, id est dialema quod est in capite Christi, illudque exoriantur. Quare ergo hoc dialema a terra elevatum est, tam et ipsi elevati sunt a terrena et terrenorum moribus: quia eorum conversatio est cum Christo in celis. Accipit rationabilem et hypotyposin viri sancti ita elevati: « Vir sanctus hominem interior ordinat; exterior ornat; a rebus turpibus cohicit: sermones rectos et utiles amat: in risum non effunditur, nec clamat, nec vocem attollit. Modestus inedit. Aliorum facta curiosus non inquirit; admonitiones hilari vultu recipit; errori aliorum facile condonat: humilius est, mittis et benignus: miseres quibuslibet ex visceribus miserando compatis: laudibus non extollitur, detractione non dejicitur: interroganti facile leniterque respondet: contendenti facile cedit: patienter alios audit: in omnibus alias adficere et perficere studet: rari est et gravis sermonis: in cibo parcus, in potu sobrius: compositus in vultu et verbis: odit mendacium, fabulas et rugas: filius est veritatis: oculos habet demissos et simplices. Pu-

ritate candidus, obedientia promptus, patientia perfectus, in oratione assiduus: in fide stabilis, in opere diligens, in abstinentia rigidus, in moribus exemplaris: in conversatione gratus, in verbis affablis, in dando liberalis, amicis fidus, inimicis benignus, Deo resignatus, sibi mortuus, mundo crucifixus, omnibus omnia ut omnes liberificat: zeletes pro honore Dei et salute animalium. »

Audi et S. Gregorius lib. VI Moral. cap. ii: Ex S. Gregorio.

« Quia sancti viri ita prosperitatem seculi despiciunt, sicut adversitatem ejus calcantes tolerant per magnam mentis celitudinem, mundi sibi et adversa et prospera substinentes dicunt: Scit tenebris ejus et lumen ejus, g. d. Scit intentionis nostra fortitudinem ejus trista non prement; ita hanc nee blanda corrumpunt. » Idem, lib. VIII, cap. xiv, explicans illud Job vu: « Elegit suspendum anima mea, et mortem ossa mea, per suspendum accipit elevationem mentis ad celéstia; per mortem ossium, mortificationem carnis: Sancti enim viri, inquit, certissime scunt, quia habere in hac vita requiem nequaquam possunt, et idecirco suspendunt eligunt, quia nimis desideria terrena deserentes, ad alta animam tollunt. Suspensi autem mortem suis ossibus inferunt, quia amore superna patris in virtutem studiis accincent, hoc quod fortis prius in mundo fuerat, vinecio humiliatis insequuntur. » Idem, lib. XII, cap. xvii, doctet sanctos ob vite mentisque celitudinem vocari celos, « sicut scriptum est Psalm. xviii: Celi enarrant gloriam Dei, qui per naturam omnes in somnitissimis propriam mutabilitatem habent, sed dum immutabiliter veritatis studiose semper inhaerere desiderant, inhaerendo agunt ut immutabiliter fiant. » Idem, lib. XX, cap. xix: « Sanctos suos Dominus vniendo adjuvat, derelinquentem probat, dominis firmat, tribulationibus tentat. » Idem, lib. XXI, cap. x: « Sancti viri cum præsumunt, non in se potestatem ordinis, sed æqualitatē conditionis attendunt; nec præsse gaudent hominibus, sed prodeunt. » Idem, lib. XI, cap. xv: « Sancti viri quando cum personis minoribus contentionem negotia subeunt, dum gravare vel in minimis timent, ipsi contra justitiam gravari nequaquam refugunt. » Idem, lib. XXIV, cap. xxi: « Sancti, inquit, reges sunt, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præsse noverunt. » Idem, lib. XXI, cap. xv: « Vir sanctus quo majorē persecutione premitur, eo ad prædicandam veritatem acris instigatur; et cum patienter persecutores tolerat, ardenter ad se auditores trahere festinat. » Idem, lib. XXXV, cap. ii: « Sancti viri dum divinissimis aream audiunt, quanto magis contemplando proficiunt, tanto amplius despiciendo quod sunt, aut nihil, aut prope nihil se esse cognoscunt. »

Audi et S. Augustinus in Psalm. cxxii: « Culum mihi sedes est. Qui sunt cœli, nisi justi? In ipsis

Ex S. Augustino.

sedet Deus, et de ipsis judicat Dens. Quomodo peccator factus est terra, cui dictum est: Terra es, et in terram ibis; sic justificati facti sunt caelum. Portaverunt Deum, et de ipsis Deus conservabat miracula, tonabat terrores, pluebat consolations. Anima justi thronus est sapientia, id est, in anima justi sedet sapientia tanquam in sella sua, tanquam in throne suo, et inde judicat omne quod iudicat. » Idem in Psalm. xcvi: « Tu si vis, cœlum eris: Si vis esse cœlum, purga de corde tuo terram; si terrenas concupiscentias non habueris, et non frustra responderis sursum te habere cor, cœlum eris. Conversatio enim tua in cœlis erit. » Idem, lib. II De Seru. Domini in monte, cap. x: « Pater noster qui es in cœlis, id est in cordibus justorum, tanquam in templo sancto suo. » Hic enim promisit illud Isaiae xvii, 14: « Delectaberis super Dominum, et sustollam te super altitudines terra, et cibabo te hereditate Jacob patris tui. » Audi et Gentilem Senecam lib. De Quatuor virtutibus: « Magni animi hominis bonus est non vacillare, constare sibi, et finem vite intrepidus expectare. Nil aliud magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. Si magnanimus fuers, nunquam iudicata tibi contumeliam fieri. »

Vers. 17. 17. QUID ENIA BONUM EJUS EST, ET QUID PULCHRUM EJUS, NISI FRUMENTUM ELECTORUM, ET VINUM GEMINANS VIRGINES? — Tū ejus hebreorum in grecis est masculinum; unde terram, utpote feminini generis, respire nequit. Respiet ergo Deum, et consequenter ejus populum. Sieut enim Deus nil melius, aut pulchrum hoc dono dare, sic nee populis accipere potest. Est epiphonema, quo per admirationem et exclamationem claudit una quasi synopsi, omnia bona paulo ante recensita, ac simul dat causam, id est fontem tantorum bonorum, q. d. Causa, cur Apostoli et eorum sequaces sint futuri quasi sagiti et jacula fulgurantia, que omnes gentes sternerunt subiecti: curque salvandi sint a Deo, et pascenti ut grex ejus; denique cur sint lapides *nezer*, id est separati et consecrati Deo, ideoque elevandi super terram: horum, inquit, omnium causa est, quod Deus ita eos amet, ut omne suum bonum ei communicet: « Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum, nisi frumentum electorum? etc. etc., q. d. Uique Deus nihil habet quod det melius, aut pulchrum frumentum electorum. Hinc Septuaginta verum: Quia si quod pulchrum illius, et si quod bonum ejus, hoc uique est frumentum juvenibus, et vitam boni odoris ad virginis; Pagninus et Vatablus: Quanta enim bonitas, et quando pulchritudo ejus! Frumentum juvenes, et vitam virginem susculentes et vegetas reddet; Syrus: Quam bonum, et quam pulchrum est triticum adolescentibus, et vitam delectat virginis! Arabicus Antiochenus: Quam bona et quam utilis es a juvenibus, et vitam fecundat virginis! Arabicus Alexandrinus: De loco bonorum optimorum frumentum puerorum, et vitam

Frauen-
tam elec-
torum
quod?
Respon-
sio
prima.

et unguentum virginum. O ergo bonitas et pulchritudo Dei stupenda! o abyssus bonitatis! o amor! o stupor!

Quares: Quodnam hoc frumentum et vitum? Frama-
Primo, Hebrew et Theodorent censem hic Ju-
deis copiam frumenti et vini ad litteram pro-
mitti. Unde Sanchez sic explicat, q. d. O quan-
tum bonitatis et pulchritudinis habebit ager ille,
quem Dominus suo assignabit populo, quemque
suis sibi titulis circumscribet! Afferet enim fru-
mentum, quod juvenes robustos; et vitum, quod
virgines florentes atque nitentes faciat. Mariana
viro sic: Quod maxime pulchrum existet in hac
victoria, erit finis ejus scilicet convivia, que ju-
venes et virgines instruant, et canica quibus la-
titudinem celebrabunt. Verum hic sensus humilis est
et terrestris, presertim quia precedentia omnia
spectant ad tempora Christi: nec vitum mate-
riale germinat virgines, ut vertit Noster, sed po-
tius accedit libidinem.

Secundo, melius ali frumentum et vitum mys-
ticæ accipiunt pro alimonia spirituali; puta pro
lege et doctrina Mosis et Prophetarum, que Ju-
deorum, tam juventum quam virginem, mentes
pavit et aluit in cultu Dei, quando Machabæi legem cum cultu Dei, ob persecutionem prolap-
sam, exeruerunt et in integrum restituerunt. Unde
Chaldeus verit: Quoniam quam bona et pulch-
ra est doctrina legis, et iudicium veritatis directum in
congregatione! Ita Albertus et Hugo. Verum quia
e vers. 9 hucus egit de Christo, non de Mose;
hinc

Tertio, sublimius et germanius ali per frumen-
tum et vitum accipiunt legem et doctrinam
Evangelicam, que praedicata a Christo et Apo-
stolis mentes audientium pascit, ac juvenes ad
fortitudinem, virgines ad castitatem excitat. Ita
Clarius, Vatablus et Arias.

Quarto, apissime et plane ad litteram, frumen-
tum hoc et vitum est Eucharistia, in qua corpus
Christi Domini sub specie panis et frumento con-
fecti, et sanguis sub specie vini, vi consecratio-
nis, puta verborum Christi Domini, realiter et
substantialiter presentes in altari sistunt, quod
Apostolos et fideles nutrit, corroborat et inflam-
mat ad prellandum prelia Domini, eosdemque
a terrena desideris ad celestia traducit et elevat.
Hoc enim ejus vitum non luxuriam, sed
castitatem germinat et producit: utraque ergo
species Eucharistia hic notatur, scilicet frumen-
tum sive panis et vitum. Ita S. Hieronymus, Re-
migius, Haymo, Lyranus, Ribera, a Castro et ali-
i, ac Paschasius lib. De Corpore et sanguine Eu-
charistie, cap. xxl.

Ubi nota: Eucharistia dicitur bonum et bonitas
Christi, quia summa bonitate summum bonum,
scilicet seipsum quantum quantum est, puta totam
deitatem et humanitatem nobis communicat, et chris-
tum in escam dat; ita ut totum quasi deitatis serarium
hic in nos exprimat et exhaustiat. Eadem dicitur

Eucha-
ristia est
bonitas
et pal-
chritudo
Christi,
cur?

pulchrum et pulchritudo Christi, *primo*, substantia: quia scilicet substantialiter nobis exhibet Christum, qui qua Deus, est verbum, imago et pulchritudo Patris; qua homo, est « speciosus forma pro filio hominum. » *Secundo*, causalitate et effectu: quia scilicet est « frumentum electorum, et vinum germanans virginem. » Nam causat in nobis juventutem florentem spiritu et anima, dum facit eam robustam, floridam, agilem et alacrem ad omne bonum: rursum dum facit eam puram et virginem. Vere enim ait Sapiens, cap. iv, 1: « O quam pulchra est casta generatio cum claritate! » *Tertio*, Sacramenta: quia species panis et vini representant nobis Christum in cruce immolatum, puta corpus a sanguine separatum, quasi occisum et mortuum. Hec autem immolatio et victimam fuit pulcherrima, præstantissima. Deo dignissima et graffissima, utpote per quam omnis honor peccato violatus et ablatus ipsi est restitutus, ac consequenter peracta nostra redemptio et reconciliatio cum Deo. Quocirca eleganter et vere S. Augustinus in *Psalm. XLIV*, post initium: « Christus, ait, est pulcher in celo, pulcher in terra, pulcher in utero, pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher invitans ad vitam, pulcher non curans mortem, pulcher deponens animam, pulcher recipiens, pulcher in ligno, pulcher in sepulcro. » *Quarto*, convivio: Eucharistia enim est convivium in quo Deus nobiscum convivatur, ac proinde apponit escam non humanam, non angelicam, sed divinam, ideoque pulcherrimam et magnificissimam. Pulchritudo enim convivii est ejus decor et magnificencia. Hoc est quod ait Psaltes, *Psalm. cx*: « Confessio et magnificencia opus ejus, » quia scilicet, « escam dedit timentibus se. » Quam escam? « Panem eis dedit eis: Panem angelorum manducavuit homo, » *Psalm. LXXXVII*, 25. Ergo in Eucharistia, « confessio et pulchritudo in conspicuitate ejus: sanctimonia et magnificencia in sanctitate ejus, » *Psalm. xc*, 6. Merito S. Augustini serm. 30 de *Verbis Domini*: « Quid dicas, ait, Domine bone pastor? Tu enim pastor bonus, qui bonus agnus: idem pastor ei pascua, idem agnus et leo. » Hoc pulchritudo magis pertinet ad Eucharistiam cum aliis fidei mysteriis symmetria et congruentia quam jam subdo.

Moraliter, disce hic Eucharistiam esse omnem bonum et pulchrum Dei et Christi, aque ac nostrum, adeo ut nihil melius aut pulchrius nobis dare possit. Vere de ea Poeta christianus:

Sanctum, augustum, alatum, certe admirabile munus,
Per te mellifera rotant dulcine montes.
Ipse amor, ipsa anima nostris inextix voluntas.

Ratio est, quia in Eucharistia, ut dicitur *Psalm. cx*, 4: « Memoriam fecit mirabilium suorum misericordiorum et miseratorum Dominus, escam dedit ti-

mentibus se. » Eucharistia enim est quasi compendium, et anacphaleosis omnium mirabilium Dei operum. Nam *primo*, hic quasi est nova creatura operum. Nam *secundo*, transubstantiatio est velut quadam creatio, qua quasi creatur in altari ipso Dominus et creator mundi, ac mundus in ipso, ideoque integras rerum naturas communat et transubstantiat, panem in carnem, vinum in sanguinem Christi.

Secundo, mirabile Dei opus erat manna, quod s. erat panis coeli, et panis angelorum. Eucharistia est manna supernaturale et divinum, *Joan. cap. vi*, vers. 39.

Tertio, mirum ineffabile Dei opus fuit Incarnatione, qua « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. » In Eucharistia est quodam modo nova incarnatione, dum de novo Verbum in altari humanae sicutur, et quasi incarnatur.

Quarto, mirum Dei opus fuit Christi crucifixio, Quartus mundum redemptio: in Eucharistia est vita representatio crucifixionis et mortis Christi: « Quotiescumque manducabis panem hunc, et calicem hibisci, mortem Domini annibillabis, » *I Corinthus. xi*, 26.

Quinto, quia in Eucharistia Deus omnia vetera Quinta miracula renovat et superat. Nam non aquam in vinum, sed vinum in sanguinem suum commutat: fact ut Christus homo sex pedum subsistat in puncto, imo in singulis punctis hostie: fact ut accidentia panis et vini per se subsistant sine subiecto, ac si essent substantia. Idem fact non uno in loco, sed in omnibus altarisibus dum consecratio fit, per totum mundum. Itaque Christus idem tuto suo corpore et quantitate est in plurimiis et distantiissimis locis, idque continuo singulis diebus, per omnes hebdomadas, menses, annos et secula.

Sexto, ideo reliquit nobis Eucharistiam, ut es. set objectum circa quod exerceremus omnes virtutes: fides enim ingens hic requiritur, ut credamus hostiam non esse panem, sed carnem Christi; ne vinum quod ante fuit, esse vinum, sed esse sanguinem Christi; et si omnes sensus judicent esse vinum, esse panem, non carnem, non sanguinem. *Secundo*, religio hic exercetur: quia habemus Deum presentem, quem latraria adoramus. *Tertio*, spes: quia si Christus dat nobis seipsum in cibum, quid non dabit? et ita de ceteris.

Sexto, Eucharistia est summum et prestantissimum sacrificium, quo Deus summe honoratur: quia ei offertur et immolatur nobilissima victima, scilicet non bos, non taurus, sed ipse Dei Filius, Deus et homo: isque in ejus honorem quasi maestatur et consumuntur. Rursum Eucharistia est « sacrificium propitiatorium, quo sacerdos quasi mediator Dei et hominum, Deum hominibus propitiat, venian peccatorum, et gratias omnes Ecclesie impetrat, que alias ob multorum peccata graviora a Deo castigantur.

Octavo, Eucharistia est panis transubstantialis Octavo.

Eucharistica est
comparsa
diam
ratia
Huius
Dei
Principis

transubstantialis, et supersubstantialis, *Math. vi, 41*, confirmans eorū spiritū, mentem hominis, omnemque ejus vires et potentias. Est pharmacum immortalitatem, ejus vi resurgemus ad vitam immortalē, ut docet Christus *Joan. vi, 39*: « Qui manducat hunc panem, vivet in eternum; » idque expressus ibidem docet S. Cyrilus. Est medicina omnium infirmitatū et morborum corporis et anime. Laboras superbia? sume Eucharistiam, id est Christum ad carnem, imo ad panem se humiliantem; et panis hoc humili te humilem faciet. Laboras tentatione Iblidinis? sume vitum germanissimam. Laboras ira et impatiencia? sume Christum crucifixum et patientissimum: hic suum tibi patientem communicabit, etc.

Nono. Nono, Eucharistia est ignis amoris dirus, accendens in nobis ardorem charitatis. In ea enim Christus est « amor amorum, » ait S. Bernardus, vel quisquis est Auctor, serm. de *Cena Domini*, Nam, ut canit S. Thomas Aquinas :

Se nascens dedit solum;
Conversus in eductum;
Se moriens in pretium:
Se regnans datur in premium.

Quis enim non amet Christum, totusque in eum quasi transuatum, dum totus in eum transit Christus? Quis Christum ignem suscipiens, eo non inardescat? S. Augustinus serm. 9 de *Natali Domini*: « Factus, inquit, est Deus homo, ut homo fieret Deus: ut panem angelorum manducaret homo, Dominus angelorum factus est homo. » Legimus de S. Catharina Senensi, cor eius Christi patientia considerazione et amore fissum, ita ut ipsa exprimeret, ut refert Ambrosius Catharinam in ejus *Vita lib. II, cap. xxx*. Ita mirum est eorū nostrum in Eucharistia tanto Christi amore non findi, tanto igne non consumi. Axioma est Philonis in *Vita Mosis*: « Miracula quotidiano usu talia desinunt videri, » Ita verum experiri apud homines in sancta communione: iis enim Eucharistia, quia quotidiana, vilescit, cum sit miraculum miraculorum, et prodigium prodigiorum. Hoc deplorabat, imo stupebat S. Franciscus, ut habetur in ejus epist. ad *Sacerdotes sui Ordinis*, que habetur in fine tom. V *Bibliotheca SS. Patrum*: « Magna, ait, miseria, et miseranda infirmitas, quando ipsum (Christum) sic presentem habetis, et aliquid aliud in toto mundo eratis. Totus homo pevate, totus mundus contremiscat, et cœlum exultet, quando super altera in manibus sacerdotis est Christus Filius Dei vivi. » Quocirca ut hoc consuetudinis villescenti malum evitemus, quotidiani exortandi sunt novitas mentis, attentionis, considerationis, admirationis et stuporis tanti Sacramenti, perinde ac si primum eo die fieret, nec est phrenesi intolerabilis. Orationes enim et lectiones quid aliud sunt, quam quidam clamores quibus dominum vocamus ut ad domum nostram venire dignetur? Que ergo stoliditia est, ut post tot horas dum ille ad nos venit, imo ingre-

sisset, aut in cruce pendens pro salute hominum patrebet et moreretur, ait noster Thomas lib. IV *De Initiat. Christi*, cap. n. Haec omnia complectit Zacharias hoc elogio: « Quid enim bonus ejus est, et quid pulchrum ejus? » idque hoc fine, ut aenat in christianis famam Eucharistiae, ac simul indicet optimam dispositionem et preparationem ad sacram communionem esse, si quis ingentem ejus in se excitet famam, ingens, inquam, desiderium sumendi Christum. Scit enim ad utiliter sumendum eum corporalem, optima dispositio est appetitus et orex: haec enim omne insipidum facit sapidum, illudque stringit, optime concequit, sibi que incorpore; unde illud vulgo tritum: « Optimum cibū condimentum est famē; » ita prorsus res habet in cibo spirituali Eucharistie. Quocirca S. Chrysostomus docet accedentem ad Eucharistiam itsa avida accedere ad eam debere, as si ea os applicaret lateri Christi, ex eoque surget et biberet sanguinem Christi, ut revera facit. S. Catharina Senensis accedebat ad S. Synaxin tanta orexi, quanta infante famelici accedebat ad ubera matris, adeo ut praes fame videtur deficeret et mori. Unde et S. Chrysostomus homil. 60 ad *Popul.*: « Nonne videtis, ait, quanta promptitudine parvuli papillas capiunt, et quanto impetu labi überibus infundunt? Accedamus cum tanta nos quoque alacritate ad hanc mensam, quinimum cum longe majori trahamus, tanquam infantes lactanei, spiritus gratiam; et unes sit nobis dolor hac esca privari. » S. Thomas *Opus. 37*: « Suavitatem, ait, hujus Sacramenti nullus digne exprimere sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur, et recolitur memoria illius, quam in sua passione Christus monstravit, excellissime charitatis. » Quocirca S. Mechtildis a Deo didicit optimam ad Eucharistiam dispositionem, Deoque gratissimam esse, ut, licet quis in se non sentiat vivam ejus famem, ardentes desiderium, concipi tamen desiderium huius desiderii, optans vehementer hujus cibi famem, atque orans Deum, ut sibi hanc colestis esse orixin induat et insperet.

Rursum, ut hoc pulchro et bono Eucharistiae frumentum, illudque plene gustum et sapidum, illud ipsum post S. Synaxin duxit et devote cum gratiarum actione ruminandum est, mensque cum Christo colligenda et unienda: qua de re egrégia et perutilia edidit documenta noster P. Baltasar Alvarez, vir rare prudentia et sanctitatis, que in *Vita ejus recentis* Ludovicus de Ponte, cap. vi, § 2: Multis communicantibus, inquit, pruriunt pedes ut inde discendant statim praetextu lectionis, collocutionis, ambulationis, que est phrenesi intolerabilis. Orationes enim et lectiones quid aliud sunt, quam quidam clamores quibus dominum vocamus ut ad domum nostram venire dignetur? Que ergo stoliditia est, ut post tot horas dum ille ad nos venit, imo ingre-

ditur, nos illico eo relicto domo exeamus? Quid queris prater Deum tuum? plus ille te docebit quam omnes libri, plus te recreabit quam omnes amici, plus virtutis dabit quam omnes sancti. Ad hoc perpende sequentes veritates, quibus anima cum Deo loquitur:

Infirmus, Domine, qui tecum non exhibatur, valde prope est ut cadat:
Arima que tecum non exultat, unde poterit exultare?
Qui tecum, Domine, non est contentus, quomodo non erat?
Qui dum te hospitem habet, properat ut domo exeat, factio ostendit se cor habere alibi obstructum.
Qui tecum manere tedium est, nescit quod tu sis Deus et totum bonum ejus.
Qui tecum non manet liberatur, ostendit se phrenes labilare, cum bujus rei causa natus sit.

Tu enim es omne bonum et pulchrum totius universi, qui ejus scintillam creaturis singulis gratis communicas et impertas. Quia ergo stolidus, reliquo fonte immenso voluptatis, guttam unam persequi? Ergo qui sapit sequere consilium Sapientis, Eccl. xiv. 14: « Non defraudares a die bono, et particula boni doni non te preferreat. »

Eucha-
ristia fa-
cit juve-
nes vali-
dos. — FRUMENTUM ELECTORUM. — Hebraice est בְּרוּךְ־
Eucharistia, quod Septuaginta, Syrus et Arabicus,
Vatablus et Pagninus vertunt, juvenum. Hui enim
pro sensibus eliguntur ad opera tam civilia, tam
bellica confidencia. Eucharistia ergo est « fru-
mentum electorum », quod scilicet facit selectos
juvenes, hoc est validos, alacres et expeditos ad
omne bonum, aequo ad quodvis prelum
quantumvis arduum et difficile. **Secondo.** « elec-
torum », quia facit at Deo eligamus ad vitam
eternam, Joan. vi. 39, ut discreti a reprobis, in-
ter electos calo donandos annumeremur. Hinc
patet electionis ad gloriam signum ac causam
esse, piam et frequenter communionem.

Primo. Porro Eucharistiam esse frumentum electorum
et juvenum, eos vegetans, animans et levigans,
in martyribus, qui Eucharistia se muniebant et roborabant ituri ad tribunalia, aeu-
leos, catastas et supplicia, ut patet ex S. Cypriano
lib. I, epist. 2 ad Cornelium, eaque de causa Eu-
charistiam tempore persecutionis domum deferebant,
ut illam instanti periculo sumberent. Dum
enim Christi sanguinem pro nobis fusum suscepimus,
roboramur et excitamur, ut et nostrum
sanguinem pro ipso generose et libenter profundamus,
at s. Cyprianus, quia fortis est ut mors
dilectio: additio eos in hoc prelio non posse
fortiter pugnare, qui his armis induit non sint.
Quocirca S. Anaclelus, a S. Petro quartus Ponti-
fex et martyr, anno Domini 412, incandescente
persecutione Trajani, sanxit ut omnes christiani
sacrificio Missae presentes, eo peracto, communi-
carent, itaque se ad martyrii agonem robora-
rent, ut habent ejus Vita et Decretal.

Secundo. Secunda, in impugnatione demonum, quorum
rabiem fideles Eucharistia roborati superaret et

profugiant. Unde S. Chrysostomus, hom. 61 ad Populum: « Tantquam leones, inquit, ignem spi-
rantes ab haec mensa recedamus, faci diabolo terribiles, juxta illud Psalm. xxxii, 5: « Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulani me. » Scribit S. Prosper De Promis, et predicit, dicitur, tempor. cap. vi. Carthaginie virginem quandam emergeremus, a diabolo vi Eucha-
ristia liberalam. Hac de causa Christus iturus cum suis ad passionem, prius Eucharistiam instituit, sumpsit et suis distribuit, ut nos idem in omni tentatione et tribulatione facere doceret. Unde S. Chrysostomus loco citato: « Cum nos, ait, ab ira corripi viderimus, vel ab alto vitio, cogitemus quibus facti sumus digni, et sit irrationalium nobis motum correctio talis cogi-
tatio. »

Tertio. in prelio et confliktu: Otto imperator Tertio,
scilicet publicum commissarius cum Hungaros, prius cum suis Eucharistiam sumpsit, ad deinde dimicantis ingentem hostium numerum trucidavit, et illum
victoriam obtinuit, anno Domini 933, ut in ejus Gestis scribit Udalricus, et ex eo Cardi-
nalis Baroniū. Qui et anno Domini 1040, ex Cu-
ropalata et Cedreno narrat, Catalacum prefectum
Michaels imperatoris magnas Saracenorū copias Messenianas invadentes profligasse, militibus
ante aciem sacro viatico communis. Idem soli-
tum facere ante prelia Henricus imperatore
meritum S. Cunegundis, ex Petro Damiano et
Bonifacio narrat, anno Domini 1022. Scribit
Theodoreus lib. III Histor. cap. iii, Constantium,
Magni Constantini filium, milites suos horustum
ad percipiendum Eucharistiam ante certamen
cum Magnentio. Idem fecisse christianos in bello
sacro cum Hierosolymæ obserderent, scribit
Guilielmus Tyrius, et ex eo Molanus in Natal.
Belp̄i 15 juli, appendice 2. Memorabilis fuli
victoria, quam virtute Eucharistia et S. Crucis de
Saracenis retulit Alphonsus VIII, rex Castelle, sub
Innocentio III Pontifice, anno Domini 1212, die 16
juli. Cum enim rex cum omnibus militibus suis
ante praelium sacra confessione et communione
sese communiisset, ac Rodericus Archiepiscopus
Toletanus crucis vexillum in barbaros intulisset,
casa semper ad ducenta Saracenorū milia, 23
dunatax et christianis desideratis. Quocirca an-
num tantu miraculi memoriam celebrant Hispani
festo, quod nuncupant triumphum S. Crucis, die
16 juli. Rem gestam scripsit rex ad Innocentium III
Pontificem, et Rodericus Archiepiscopus Toletanus,
lib. VII Histor. 1, atque ex iis P. Ribadeneira in
Vita Sanctorum die 16 juli. Non minus illustris
fuit Victoria, quam de fisdem eadem armatura
obtinuit Ramirus rex, anno Domini 834. Cum
enim Ramirus ab iis cœsus esse cum suis recipies-
set ad montes, afflictusque Deum obserceret, ap-
paruit ei S. Jacobus, mandans ut milites omnes
sacra confessione ex parte, et sancta communione
reficeret, itaque hostes invaderet incla-

mens nomen Dei et S. Jacobi: se enim equo can-
dido castra praefitrum, et hostes dispersurum.
Ita factum: quocirca in eo prelio occiderunt sep-
tuaginta Maturorum milia. Atque exinde Hispani
in prelio inclamare conseruerunt S. Jacobum.
Ita Ribadeneira in Vita S. Jacobi. Hoc imitentur
duces et milites christiani, ac similes de inimicis
fidei triumphos reportabunt.

Quarto.

Quarto, in infinitate corporali. Scribit S. Bon-
aventura, lib. De Perfectione ad sororem, srpe per-
sonas debiles in S. Synaxi tantum sentiris
roboris, consolationis et leticie, ut ab ea robusta-
discant, perinde ac si nulli infinitati essent
obnoxiae. In Vita SS. Patrum legimus sanctos
nonnullos sine cibo, sola Eucharistia sustentatos,
vitam sanam et longevitatem egisse. Palladius in
Lauicina, cap. xv, scribit Joannem Monachum
cibum nunquam sumpsisse, nisi die Dominicæ
Eucharistia: hanc enim solam ei Sacramentum
fuisse et victimum. Sicut Severus abbas, Dominicæ
die Eucharistia et modico pane refectus, per reli-
quum hebdomadæ nihil amplius comedebat.
Ludovicus Pius imperator in supremo morbo quo
obit, toto quadraginta dies jejunus transsegit,
Eucharistiam solam quotidie sumens, ut qui ad-
fuit ei scriptor testatur, inquit Thomas Bozzius,
tom. II, lib. XV De Signis Eccl., cap. II.

Scribit Siegeritus in Chronico, anno Domini
823 in ditione Tullensi, puerum quamdam duodenem,
sumpta in Paschale Eucharistia per
triennium omni cibo absoluuisse. S. Maria Oigna-
ciensis, in Belgo sanctissima fama celebris, in-
firmitate cibum omnem respuebat, sola Eucharistia
vivebat et valescebat; ne subinde facies ejus
quosdam ex se radios lucis vibrare et diffundere
videbatur, inquit Cardinalis Vitriaco in ejus Vita,
lib. II, cap. XII.

Scripsit S. Gregorius Nazianzenus, oratione 49
in Funere patris, patrem suum ardentissima et
diuturna febi exhaustum, sumpta S. Eucharistia
convalescebat, ac subiungit idem miraculum matris
sue aliquanto post contigitisse: « Nam cum nun-
quam non, inquit, dolere premere patet (patet), et
quidem persepe singulis diebus, atque interdum
etiam horis, ex sola liturgia robur concepibat,
ac morbus tantum ex edito et imperio fugatus
se subducebat. Idem in Funere Gorgonæ sororis
sue, scribit illam ad S. Eucharistiam orantem a
membrorum omnium dissolutione, ac gravissi-
mis cruciatibus quibus angebarunt, sanitati sibi-
que restitulam S. Ambrosius in Funere Satyri fra-
tris sui, scribit eum Eucharistia ad collum ap-
pensa et naufragio incolumente evanthescebat. Hinc li-
quet Eucharistiam esse frumentum electorum,
eis ad hoc a Deo datum, ut eo aliti crescant et
juvenescant. Praeterea Terfullianus lib. De Re-
surrect. carnis, cap. VIII: « Caro, ait, corpora et
sanguine Christi vescitur, ut et anima de Deo
saginetur. »

Ita S. Monica, sumpta S. Synaxi, quasi ebria
canebat: « Cor meum et caro mea exultaverunt pl. pa.
in Deum vivum. » Et: « Voleamus in celum, »
linquamus terram, « voleamus in celum. » Eu-
charistia enim animas languidas, humi repentes,
seguita abjectas, moestas, pusillanimes, ad ter-
rena depresso erigit, vegetat, roboret, in celum
elevat, faciote angelicas, imo angelos; nam,
ut ait S. Bernardus, vel quisquis est ancor, ser-
mone De Cœna Domini: « Panis iste per excell-

Viam
garni-
hans vir-
gines
quot?

Eucha-
ristie
habet
mentes.

Exem-

lentiam dicitur Eucharistia, id est bona gratia. In hoc enim Sacramento non solum quilibet gratia, sed ille a quo est omnis gratia, sumitur. » Hinc Psaltes *Psalm. XXI*, 5 : « Et calix meus, ait, inebrians quam praeclarus est ! Quo verba explicans S. Cyriacus, lib. II, epist. 3 ad *Cecilium* : Sicut, ait, elirietas hominem a se et a mente alienat, facitque plane alium; sic Eucharistia fidelem a se alienat, et ex terrestri facit colessem.

Legimus in Chronicis Cisterciensibus monachum quemdam, quoties S. Synaxis sumebat, toties sibi visum favum mellis sumere, cuius suavitatis illi in ore triduum ipsum perdurabat. S. Franciscus, inquit S. Bonaventura in ejus *Vita*, cap. ix., « flagrabit erga Sacramentum Domini corporis fervore omnium medullarum, stupore admirans permaximo illam charissimam dignationem, et dignissimam charitatem. Sepelcommunicabat, et tam devotus, ut alios devotos efficeret, dum ad immaculata Agni degustationem suavem quasi spiritu ebrui, in mentis ut plurimum rapiebat excessum. »

S. Maria Aegyptiaca, vadens ad eremum, sumpsit S. Synaxis, ac deinde in eremo sine cibo vixit plurimos annos; moritura vero camen instar viatici accipiens, extensis in colum manibus, ingemiscens cum lacrymis exclamavit : « Nunc dimittis, Domine, ancillam tuam secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. » Et mox sancte placide obdormivit in Domino. Ita refert oculatus testis Zoymas in ejus *Vita*. Idem majori pietatis et amoris sensu fecit S. Magdalena, paulo ante mortem Eucharistie prelente ei S. Maximino.

Sic S. Cassius, Episcopus Narbonensis, quotidianus celebrans sanctis psisque lacrymis diffubat, ut refert S. Gregorius, hom. 37 in *Ecclesiasticis*. Ecce hi sancti suo sensu et gusto clarissimi nobis explicant hunc Scripturam locum, quam ulli interpres.

VIRGINES. — Id est, *primo*, castos; *secundo*, immortales: virgo enim vivido roseeoque colore florescentes, juventute nuncquam senescentes, et immortales vita est symbolum, aut Hieronymus Prado in *Ecclesiasticis*, cap. xv. Eucharistie enim effectus est resurrectio: ipsius enim virtute resurreximus ad vitam immortalem, beatam et eternam, uti asserit Christus *Jean. VI*, 39. Quocirca Eucharistia a SS. Patribus vocatur pharmacum immortalitatis, antidotum incorruptionis, lignum vite, de quo *Genes.* n. Ita S. Ignatius, epist. ad *Ephes.* in fine, cum indigit « pharmacum immortalitatis, mortis antidoton, vitam in Deo concilians per Iesum Christum, medicamentum purgans vita, et omnia pellens mala. »

Rursum vero virgines alludit ad *lapides nezer*, id est Nazareos et sanctos, de quibus vers. preseced. Nazarei enim abstinebant voluptatibus carnis et vini, in quo est luxuria, ut essent sancti et casti. Hoe nobis prestat vitum Eucharisticum germi-

nans virginis, ac proinde facit nos Nazareos, id est separatos a mundi pompis et deliciis, consecratos et coronatos Deo. Christus ergo, ait S. Hieronymus, « est frumentum electorum, sive juvenum: ipse est et vitrum quod letificat cor hominis, et bibitur ab his virginibus, quae sunt sancte et corporis et spiritu, ut inebriate atque gaudentes sequantur Ecclesiam, et dicatur de eis: Adducunt regi virginis post eam, proxime ejus afferentur tibi; afferentur in letitia et exultatione. Quomodo enim letitiam non habebunt, que inebriate populi Salvatoris generantur in virginibus, et audem dicere: Introduce me in cellulum vini, confortate me in unguentis? » Et mox : « Hoe vino inebriante sunt, qui sequuntur Agnum Dei quoquecumque vadit, vestiti candidis vestibus; quia se cum mulieribus non coinqnaverunt, virgines enim permaneserunt, » *Apocalypsis*, xiv.

S. Cyriacus quoque, epist. 63, vel lib. II, epist. 3, calicem Domini inebriante, peropimum, sive praecularum, scilicet sanguinis eius, ait sic bibentes inebriare « ut sobrios faciat, ut mentes ad spiritualem sapientiam redigat, ut a sapore isto seculari ad intellectum Dei umusquisque assurgat; et quemadmodum vino isto communi mens solvitur, et anima relaxatur, et tristitia omnis exponiatur: ita epoto sanguine Domini et poculo salutari, exponentia memoria veteris hominis, et fiat oblitio conversationis pristina seculariorum, et mestum pectus ac triste, quod prius peccatis agenibus premebatur, divine indulgentiae letitiae resolvatur. » S. Cyrillex Alexandrinus, lib. IV in *Jean.* cap. xvii: « Eucharistia, inquit, non mortem solum, verum etiam mortibus omnes depellit. Sedat enim, cum in nobis maneat Christus, sevientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguat, segrotos curat, collisos redintegrat; et siicut pastor bonus, qui animam pro oviis suis posuit, ab omni nos erigit eas. »

Ex hoc ergo loco patet Eucharistie effectus esse repressione tentationum carnis, et suffocatione vel extinctionem libidinis, ac institucionem castitatis, immortinalitatis. Caro enim Christi virginina, que non aliit in Eucharistia, nos sui similes efficiat, puta virginis aeternum florentes, nuncquam corrugata fronte marcescentes, aut senescentes, nitentes perpetue et immortales; perinde ac videmus alimenta phlegmatica, ut pisces, comedentes facere phlegmaticos; cholérica, ut ova, pipér, etc., facere cholericos; sanguinea, sanguineos; melancholica, melancholicos. Alimentum enim in substantiam hominum convertit, ac proinde ei suas qualitates aspergit et communica. Vide hic quam vitum Christi diversum, imo contrarium sit vino vitis et Bacchis. Hoe enim ab Aristophane apud Atheneum, lib. X, vocatur *laevaris*, et a Pontiano, *motuorum omnium metropolis*. Nam, ut ait S. Hieronymus lib. II *Contra*

VI. Eucharistie
charactera
reversione
mias.

Jovin. : « Potus vini, ventrisque saturitas seminarium libidinis est. » Ergo miraculi est instar hoc vitrum germinans virginis, cum terrestre hoc apostolatare faciat sapientes. Cyzici fons Cupidinis vocatur, ex qua potantes amorem deponeant Mutianus credit, ait Plinius lib. XXXI, cap. II. Talis est Eucharistia, de qua S. Bernardus, serm. *De Altaris Sacramenti, et de Abstinentia peccatum*: « Si quis, ait, vestrum non tam sepe mode, nec tam acerbos sentit iracundum motus, invide, luxurie, etc., gratias agat corpori et sanguini Domini; quoniam virtus Sacramenti operator in eo, et gaudeat quod possimus uictus et incolas exprimere: ineffables enim sunt et incomprehensibles; unde nec eas ego humana voce eloqui, nec si ego eloquerit, vos ea capere et comprehendere possitis. Ita habet in ejus *Vita* Raymundus, qui fuit ei a confessionibus, ac deinde Generalis Ordinis S. Dominici, qui et addit eidem a Christo impressa fuisset in manibus, pedibus et latere quinque sacra stigmata vulnerum sursum. Sane in manu S. Catharinae, que existat integra in Magnanpoli, stigma hoc vidi. Insuper assertit ex amore Christi fissum illi fuisse cor, ita que mortuam evolasse ad celum, ac vidisse Deum; sed a Christo remissam ad vitam, ut Ecclesie presidet. Ita habet ejus *Vita*, lib. II, cap. I, in italicum traducta ab Ambrosio Catharino. Quocirca ipsa S. Catharina scribit in *Dialogis*, et ex ea Garetius *De Eucharistia*, centuria 14, Deum subi dixisse: « Ut plenus intelligas quam ardenti desiderio cupiam esse vobis, utque magis accendaris ad subigandam mihi copulandumque meae voluntatem tuam, vide et alta mente considera voluisse me ut Unigenitus meus incarnaretur, etc. Parasse insuper mensam maximi et parum agniti Sacramentum, corporis ipsius et sanguinis, ut in cubum sumentes transformemini; et mutemini in me: ac sicut panis et vitrum quibus vesimini in substantiam transcutum corporeum, ita et vos manducantes ipsum qui mecum est, sub specie panis et vini, in substantiam spiritualem, et in meipsum convertamini. Et hoc est illud quod Augustinus servo meo dixi: « Cibus sum gaudium; cresce, et manducabis me; nec tu me metabitis in te, sed tu mutaberis in me. »

Emplia
3 Catharinae
Sc. S. Catharinae
reversione
mias.

do virum germinans virginis largiter quoque sibi. *Biberat* S. Casimirus Jagellonides, Casimiri regis Poloniae filius, qui tremendo Misso sacrificio ita attensus, et mente in Deum erectus intererat, ut extra se plane rapi videretur: quin et pro more habebat intempestu nocte clam templi adire, atque ante ipsorum vestibulum posita in terram facie, Deum in iis, puta in Venerabilis Sacramento, presentem et habitantem, suppliciter exorare. Inde ei tantus virginitalis amor, ut eam usque ad extremum spiritum illabat conservaverit. Corruptus enim gravi tristitudine, cum medici eam non nisi conjugi usi curari posse assertant, sed frigore videatur; ac tanto gaudio in

mori, quam virginitas decus perdere constantissime elegit. Virginitalis ergo martyris, et virgo martyri obiit annos natus 24, anno Christi 1484, die 4 marthi, qui pariter die et anno, Roma pontificatus et vita funclus est Sextus IV, Pontifex Maximus. Quocirca S. Casimirum Leo X in Sanctorum numerum retulit, et Clemens VIII ejus memoriam duplices celebratis officio in Polonia frequentandam precepit, utpote quem Deus nullis insignibus miraculis illustravit, ac nominatim memorabili Victoria, qua pauci Lithuaniae ingentes Moscorum copias, voto facta a B. Casimiro, apparente ipso in aere quasi due pro avio, ad intercessionem deleverunt. Ita habet ejus Vita, et Regiarium Polonicum die 4 marthi. Unde apposite *Casimirus* per anagramma idem est quod, sum acris, in quam scilicet irridans sol justitiae Christus in Eucharistia, sum ei casitatis fulgorem afflavit. Rursum *Casimirus*, quas eadis mirus, quia pro castitate occupabis. Quare poeta polonus de eo cecinit :

Sponte eadis, sed amore eadis, Casimire, pudoris.
Mirus, te Christo mificante, eadis.

Denique voces « frumentum et vinum germinans virgines », significant nos non posse vitam spiritualem agere, nec diu perseverare in gratia Dei, ac presentem in virginitate aut castitate sine Eucharistia, sicut non possumus vitam naturalem sustentare sine frumento, cibo et potu; rursum quo crebris Eucharistiam sumimus; eo magis non in spiritu et puritate angelica crescere et roborigari, sicut per eibum frequenter crescimus et roborigar in vita animali. Quocirca primi fideles « quotidie perdurantes unanimiter in templo, et frangentes circa domos panem (Eucharistiam) sumebant eibum cum exultatione et simplicitate cordis, collaudantes Dominum, et habentes gratiam ad omnem plebem ». *Auctor.* cap. n. 46.

Oltre
maximo
baptismo
dabatur
Eucha-
ristia.

Hic de causa olim baptizatis mox a baptismō dabantur S. Eucharistia, quasi symbolum, alimento et perfectio christianismi. Docet hōe S. Clemens I^o Pontifex, epist. 3 *De Officio sacerdoti, et clericis*. Et S. Dionysius Areopagita, lib. *De Ecclesiis Hierarch. cap. De Baptismo*: « Ducunt, inquit,

baptizatum ad Hierarcham; is cum virum unguento (in sacramento confirmationis) quod maxime divinos efficit, insignivit, Eucharistie, participem esse pronuntiat. » Ita in *Actis SS. Processi et Martini*, quos S. Petrus in carcere convertit et baptizavit, dicitur : « Baptizati sunt promiscui sexus, et diverse aetatis numero 47. Obtul autem (S. Petrus) pro eis sacrificium laudis, et particeps eos fecit corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi; » Idem legimus in *Actis S. Getulii, Cerealis, Petigiae*, aliorumque martyrum. Hinc Tertullianus lib. *I Cont. Marci.* eum redarguit, quod cum iisdem quibus Ecclesia ceremonias uferet, diversum tamen ab ea in fide senserit : « Ille, inquit, usque nine nec aquam reprobarvit creatoris, qua suos albit, nec oleum quo suos ungit, nec mellis et lacis (que olim baptizatis dabantur) societatem qua suos infan-
tat, nec panem quo ipsum cor sumi representat. » Idem testatur S. Ambrosius, lib. *De iis qui initiantur myster.* cap. viii : « Deposit, inquit, veterorum erroris exuvias, renovata in aquile juvenile, celeste illud festinat adire convivium. Venit igitur, et videns sacrosanctum altare compositum, exclamans ait : Parasti in conspectu meo mensam. » Duravit hic mos usque ad annum Domini nongentesimum. Illo enim vixit Theophilus, qui eundem tunc perdurasse scribit commentaria in cap. x *S. Lucos* : « Quotidie, inquit, qui baptizantur liberantur a vulneribus animae, oleo quidem unguenti uneti, statim autem communicantes divini sanguinis particeps fiunt. » Idem mos etiamnum durauit in Grecia et Ethiopia. Jeremias enim Patriarcha Constantinopolitanus, qui nuper in Grecia floruit et hereticis nostris restitut, respons. I, cap. ii : « Ratione, ait, consonum est baptismō et christiano subiungi, nec in tempus deferrit, sed baptismatum continuo illius verenda communione particeps fieri. » De Athiopibus constat ex Ritu baptisimi eorumdem, in quo hoc legimus : « Postea sumunt S. Sacramentum et vivificant, spendeant sacerdote pro eis, corpus scilicet et sanguinem venerandum Domini Dei, ac redemptoris nostri Jesu Christi. » Eucharistia ergo est frumentum juvenes vegetans, et vinum virgines germinans.

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Doce pluviam et fruges terra a Deo postulanda, non ab idolis, utpote ob qua vastati in captivitatem abs tracti sint. Mox promittit se datumur heroes Machabeos, qui sua virtute, praelitis et victoribus Iudeanis illustrabant, et propagabant, adeo ut ad eam turnatim redire Judei et Israelites per Egyptum et Assyriam dispersi; et confortati protectique a Deo omnia maris et terra pericula feliciter fortiorque superrent, donec in Iudeam perveniant, ubi sub tutela Dei quietam et securam vitam agent. Ita Hebrei, Hieronymus, Theodoretus, Albertus et Hugo. Mysticus, significatur fortitudo et felicitas Apostolorum, qui Ecclesiam Christi propagabant et propagabant, adeo ut ad eam confluant tam Judaei, quam Gentes, omniaque itinerum mari terraque persecutionum, tentationum et hostium obstacula generose transcendent. Ita S. Hieronymus, Benignus, Rupertus et Lyrinus (1).

1. Petrite a Domino pluviam in tempore serotino, et Dominus faciet nives, et pluviam imbris dabit eis, singulis herbam in agro. 2. Quia simulacra locuta sunt inutile, et divini vierderunt mendacium, et somniatores locuti sunt frustra : vane consolabuntur : idecirco abdueti sunt quasi grex : affliguntur, quia non sunt ei pars. 3. Super pastores iratus est furor meus, et super hircos visitabo : quia visitavit Dominus exercituum gregem suum, domum Iuda, et posuit eos quasi equum glorie sue in bello. 4. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus praelii, ex ipso egredietur omnis exactor simul. 5. Et erunt quasi fortes conculeant lumen viarum in praelio : et bellabunt, quia Dominus cum eis, et confundentur ascensores eorum. 6. Et confortabo domum Iuda, et domum Joseph salvabo : et convertam eos, quia miseror eorum : et erunt sicut fuerint quando non projeiceram eos : ego enim Dominus Deus eorum, et exaudiam eos. 7. Et erunt quasi fortes Ephraim, et latabarit cor eorum quasi a vino : et filii eorum videbunt, et latabarunt, et exsultabit cor eorum in Domino. 8. Sibilabo eis, et congregabo illos, quia redemi eos : et multiplicabo eos, sicut ante fuerant multiplicati. 9. Et seminabo eos in populis, et de longe recordabuntur mei : et vivent cum filiis suis, et revertentur. 10. Et reducam eos de terra Egypti, et de Assyrii congregabo eos, et ad terram Galaad et Libani abducam eos, et non invenient eis locus : 11. et transibit in maris freto, et percutiet in mari fluctus, et confundentur omnia profunda fluminis, et humiliabitur superbia Assur, et sceptropum Egypti recedet. 12. Confortabo eos in Domino, et in nomine ejus ambulabunt, dicit Dominus.

Vers. 1. PETITE A DOMINO PLUVIAM IN TEMPORE SEROTINO.

— Ita Hebrei, Chaldei et alii. Verum Septuaginta

ginta per τὸν in tempore, accipiunt pluviam matutinam ; unde vertunt : Petite a Domino pluviam op̄tunam, matutinam et serotinam. Pluvia matutina

(1) Continetur hoc capite continuatio felicis conditionis Iudeorum, qua Antiochi Epiphania persecutio exelipt. Et quidam versus primi intime coheret cum ultimo praecedentis capituli: agit enim de ubertate regionis. A Deo tempestas frugibus ferendis idonea petenda est. Sequitur deinde, ut recte notat Cornelius, prophetia in sensu litterali de victoribus Iudeorum, quas praedicti reportabant posteri civium regni Iuda. Sed in sensu quem prescipe intedit Prophetia, pergit, ut ait et ipse Rosenmuller, in describenda felicitate, dignitate et gloria, quia Messianus aovo populi hebreiorum gaudebit.

In eis igitur sensu continetur etiam argumentum capi-
tuli, scilicet continuitas divinitatis circa religionem Christi, pauco, quoad gentes Palestine vicinas ; secundo, quoad Hebreos Palestinae natiolas (cap. ix, 1-17).

Tertio, quoad gentes per orbem dispersos, quorum promittuntur, primo, conversio cum amplitudine impelli-
mentorum, 6, 7; secundo, collectio in hunc finem cum multitudine, 8; tertio, deductio ad beatitudinem per miracula, prioribus liberationem ex Egypto combatenti-
bus similiis, 9-12.